

DISSERTATIO INAUGVRALIS IVRIDICA
SISTENS
ALIQVOT AENIGMATA E
DOCTRINA DE EXCEPTIONIBVS
PETITA.

1799, 2 / 10

←—————→ 429.
E A M

SVB AVSPICIIS REGIIS
ILLVSTRIS IURECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

P R O

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS,
RITE CAPESSENDIS

PVBlice DEFENDET

DIE XVIII MAII ANNI MDCCXCIX

AVCTOR

IOANNES S I L L E M
HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE

TYPIS IOANN. CHRIST. DIETERICH.

DISSERTATIO IN AGRICULTURA IURIS

1778

ALLOVOT AEMIGMATA E
DOCTRINA DE PCEPIONIBVS
TRITTA

SUB AVERICIA REGIS

ILLUSTRISSIMO PRAESIDENTI
AVCTORITATE

ET

SCIENTIARUM IN KUNDE VAE HONORIBVS

HAEC HABESSENT
PABICE DEINDET

DIE XXVI MAII ANNI MDCCCLXIX

AVCTOR

IOHANNES SILLIEM

HAMBURGENSEM

GOTTINGAE

HAEC LOANN. CHRIST. BIRNICH



PATRI OPTIMO ATQVE INDVLGENTISSIMO
GARLIEB HELWIG SILLEM

HASCE STVDIORVM ACADEMICORVM, QVAE IN
PVBLICVM PRODEVNT, PRIMITIAS

IN

PIETATIS SVAE TESTIFICATIONEM

SACRAS ESSE IVBET

FILIVS OBEDIENTISSIMVS

A V C T O R.

PARTI O TINO ATQUE INDVLGENTISSIMO

CARLES HELWIG SILLIEM

HAEC STVIGIAM ACADEMICORVM QVAE IN
VARIEGVM PROBEANT, PUBLIATIS

AN

CIUITATIS SVAE TESTIFICATIONE

SACRAE ESSE IVRE

VERBA QVAE SVNT

AVCTOR.



Aenigmata quaedam e doctrina de
exceptionibus petita.

In armorum pariter ac baculorum et pugnorum usu duplex cura habenda est: prima, vt ictum infligamus, altera, vt eum repellamus vel euitemus. In eadem re versantur illae artes, in quibus pro armis, baculis et pugnis lingua est, puta ars disputandi, rixandi, litigandi. Siue verbis et conuiciis, siue armis, baculis et pugnis, siue in foro, siue in platea circa puteos disceptare velis, vna eademque doctrina est, qua res conficitur, doctrina torquendi et retorquendi, aut (si in tropo mihi aliquid indulgere velis) *doctrina de actionibus et exceptionibus*. Vna serie sunt illi coryphaei: SCHMIDIVS (auctor libri *von den Klagen und Einreden*) et HVMPHRIESIVS, KAHNIVS et ALEXANDER, et quidquid *vetularum* Parisiis est.

Ne ergo lectores mihi exprobrent, vile et explosum esse argumentum, quod in fronte huiusce libelli legitur! Caueant, caueant, ne contra eos excitem nubem vetularum, mixtarum cum manibus ALEXANDRI; ne cum Italis sentiant iram SUWAROVII, et cum Anglis pugnos HUMPHRIESII, et cum scribis et notariis vasta volumina SCHMIDII eiusque filii primi gradus; hi omnes enim mecum faciunt, et tanquam patroni nostri argumenti latera mihi utrinque cingunt.

Ita circumuallatus surdus sum iis, qui de ZANGERO multa mihi obstrepunt; is enim mecum non facit. Ego quidem pariter ac ZANGERVUS de exceptionibus agam, sed diuerso modo. Taedet Zangeri meditationes voluere, docto sudore madentes. Hunc spirant, non genium seculi. Ego longe alia meditor. Scilicet *per modum aenigmatam* argumentum tractabo, *per modum aenigmatum*, inquam.

Aenigmata, lectori propinanda, sunt duplicis generis: alia *exegetica*, alia *dogmatica*.

I.

Aenigma exegeticum.

Aenigmatis exegetici loco sit L. 2. pr. D. *de exceptionibus praescr. et praeiud.*, ubi Ulpiani verba haec sunt:

Exceptio dicta est quasi quaedam exclusio, quae inter) opponi actioni cuiusque rei solet, ad eludendum

dendum id, quod in intentionem condemnationis deductum est.

Iam mihi dicatis quaeso, quid sit in hoc textu *inter*? Corruptum esse locum omnes vno ore clamant. Sunt librarii, qui recidant ense hanc voculam; ex regula forte: quod non vult intelligi, id non debere legi. Alii librarii pro *inter* opponi vno verbo legunt *interponi*. Quid de horum male doctorum hominum medelis statuendum sit, iam ponderavit BRENCMANNVS et GEBAVERVS (in notis ad hunc locum). Ex recentioribus criticis BESTIVS (*in ratione emendandi leges* c. 25. p. 372.) tres coniecturas adfert: 1) reponit *interim* opponi; vel 2) *quae* interponi; vel 3) *quae* semper opponi. Vltima coniectura ipsi prae reliquis arridet, idque argumento §. 1. huius legis. CUN-NEGIETER (*coll. LL. Mos. et Rom.* p. 192.) ope notarum mederi vult; nempe scriptum suspicatur. *II*, quod *in iure* explicat MAGNO, aut *IR*, quod *iure Romano* designat, aut denique *INT*, quod *initio* exponit DIACONVS.

Videmus hic medicorum multitudinem, ad lectum sedentium et formulas suas scribentium; aegrotum autem frustra quaerimus. Scilicet omnes libri manuscripti (modo recesseris ab iis, vbi librarii manifeste coniecturis et emendationibus operam dederunt) in lectione, qualem supra exhibuimus, conspirant. Et sana est, si qua alia; modo disputatione nonnihil succurras, hoc fere modo:

Exceptio

Exceptio dicta quasi quaedam exclusio, quae inter. Opponi actioni etc.

Inter aduerbiallyter sumendum, et cum reliquis verbis ita nectendum est: exceptio est exclusio eorum, quae inter actorem et reum sunt; quae quasi inter eos interclusa sunt, per exceptionem excluduntur.

Ita etiam optime respondet τὸ cludendum, quod proxime in loco nostro sequitur, et quod itidem, quia doctius est, multis librariis et criticis displicuit. BESTIVS enim l. c. pro *cludendum* legit *excludendum*, siue cum aliis libris *ad cludendum*. Alios legere *elidendum* testatur (Not. 2. c. 96.), qui rectius habere censet editiones vulgatas *ad excludendum*. CANNegiETER l. c. vult *cludendum*.

II.

Aenigma dogmaticum I.

Ita sonat: *Quonam modo ope exceptionis id agi potest, ut lis antequam adhuc inceperit, iam finiatur? Discite, respondeo, rem in exemplo.*

Titius tanquam cognatus Meuii, ab intestato mortui, hereditatem petit a Caio prorsus extraneo. Caius in libello exceptionum vitur exceptione, quam deficientis legitimisationis ad causam esse ait, et quam in eo ponit, quod Titius nondum sese cognatum legitimauerit. Litem ergo contestari

contestari recusat, donec reus euicerit, se esse cognatum. Iudex legitimationem ad causam, qualem reus cupit, actori imponit, causam ipsam vero differt. Actor deinde in probatione deficit, et nunc decisio sequitur: actorem non esse ad causam legitimum, reum ergo ab instantia absoluendum.

Ecce litem ante litem contestatam iam *decisam!* et quod plus est, per absolutionem *ab instantia*, quippe quae post exceptionem dilatoriam ventilatam sequi debebat. *Re vera* autem decisam Titius sentiet causam, si deinceps, refusus expensis prioris instantiae, quia in absolutione ab instantia causam ipsam saluam et integram seruatum putat, litem redintegrare velit. Nam exceptio rei iudicatae cognitioni non obstat; sine cognitione autem actio amplius fundari nequit.

Hanc viam inite, iudices, quibus cura est, vt compendia litium cognoscendarum et decidendarum fiant, ac vt quam citissime ad finem properent causae. Res enim facillima est. Hic enim non requiritur, vt aliquid sciatis, sed cardo rei in eo versatur, vt aliquid ignoretis. Ignoretis, quid sit exceptio legitimationis ad causam, et quam pessime facta actionis in exceptiones trahantur, tunc res confecta est.

Plus adhuc in hoc genere praestaret *exceptio mendacii*, quam cur in foro introducere dubitatis? Hac semel

B

intro-

introducenda, processus non amplius cogitari potest, quin in ipsius limine exitus simul sit. Et iam aliquid est, id efficere, ut causa quaevis in terminis dilatoriis finem suum inuenire debeat. Nil nisi imagines causarum tunc adhuc efficiendae erunt, ut pax aeterna in foris salutari possit, tam dilatoria quam peremptoria. Aduehat hunc celeri Iupiter axe diem!

III.

Aenigma dogmaticum II.

Quale fundamentum diuidendi subest, si exceptiones ex more vulgari dispescuntur in fori declinatorias, litis ingressum impediētes, dilatorias communes, et peremptorias communes?

Nodus soluitur, si ad ordinem, quo exceptiones a reo proferuntur, respiciendum esse dicamus. Tunc autem denominationes exceptionum male quadrant. Contra si denominationes sequimur, illius diuisionis ratio non liquet. Siue hoc, siue illud amplectamur, difficultate aliqua impedimur.

Exitum non video, nisi in illa diuisione contra logices principia peccatum esse fateamur. In exceptionibus ad sua genera redigendis enim triplex visio est.

Vna

Vna, qua sunt vel peremptoriae vel dilatoriae;

*Alter*a, qua ab obligatione litis contestationis liberant, vel non;

Tertia, qua vel principaliter oppositae vel plus minusue sibi inuicem in subsidium adiectae sunt, ita vt quamdiu anterior nondum elisa sit, posterior quiescat.

Iam iure mihi contendere videor: quot sunt fundamenta diuidendi, tot requiri modos denominandi. In disciplinis enim hoc merito seruamus, vt rerum denominationes ad fundamenta diuidendi referamus. Ita verbi causa aliae exceptiones peremptoriae, aliae dilatoriae vocantur, prouti de eo quaerimus, vtum ad perimendam an ad differendam actoris intentionem tendant. Quid autem prauius et ad nationes diuersi generis miscendas perniciosius est, quam si exceptiones occasione tertii fundamenti diuidendi, etiamsi hic longe alia res attendatur, quam vtum perimant an differant, tamen de vi peremptoria vel dilatoria denominamus!

Si quid video, in doctrina de exceptionibus tradenda nihil perspicuitati magis nocet, quam illa peruersa ratio vel diuidendi, vel nuncupandi. Ego certe istam doctrinam clare mihi concipere nequeo, nisi eam in verbis et in re sequenti modo concipiam.

B 2

Exceptio

Exceptio est iuris formula, ex facto quodam a parte aduersarii nondam allegato ex consilio deducta, ut intentioni aduersarii officiat. Spectari in exceptionibus potest

I. partim earum vis legitima ad alterius fundamentum agendi, prouti nimirum vel ad perimendam vel ad differendam actoris intentionem tendunt. Ex hac ratione recte vocantur vel *peremptoriae* vel *dilatoriae*.

II. Partim spectatur earum habitus ad litis contestationem, quam vel praecedunt vel sequuntur; qua ratione dici possunt vel *praeiudiciales* vel *capitales*. Quod ad illas attinet, plane nexus non est inter eas et inter narrata actionis; bene autem quoad has, quippe quae non nisi tunc vim suam exserunt, si narrata actionis vera sint.

Rem ita mihi magis adhuc declaro. Ad *litem*, in *sensu lato suntam*, quidem omnia ea pertinent, quae in iudicium deducuntur, siue causam ipsam (quae solummodo circa narrata actionis versatur) concernant, siue ea, quae occasione causae agenda quaeri possunt. *Proprie* autem litis obiectum restringendum est ad narrata actionis. Prioris generis exceptiones, quas *praeiudiciales* diximus, ad *litem proprie suntam* declinandam tendunt, et in iis sese continent, quae occasione causae quaeri possunt. Posterioris generis exceptiones vero, quas *capitales* insigniui-

significamus, ad id tendunt, vt lis ipsa conficiatur, et per eminentiam exceptiones vocari merentur. Actor nimirum ex suis factis *regulam* iuris deducit; reus autem ex aliis factis *exceptionem* iuris ab ista regula.

III. Partim spectatur relatio exceptionum inter se inuicem, prouti alia alteri officit. Vt alia alteri officiat, id ex eo pendet, quaenam intentionem aduersarii magis excludat.

Fac Titium rixam in vita communi cum Caio intendere, ante omnia necesse est, vt *locus* adsit ad rixam instituendam. Si locus adest, tunc naturali modo quaeritur, si forte rixa iam antea *composita* fuerit? Si nondum composita est, tunc quaeritur, num valide *initium* habere possit? Si potest, tunc, num in *hac temporis praesentia*? Haec si omnia expedita sunt, ita vt responsio ad aduersarii grauamina non amplius euitari possit, tunc quaritur, si forte *contraria grauamina* adsint? Quae in prima quaestione continentur, iis antea satis factum esse debet, quam de secunda quaestione sermo esse potest; et sic porro. Nihil intentionem rixae magis excludit quam exceptio deficientis loci; ideo agmen ducit. Eadem scilicet hic ratio subest, quam in creatione mundi seruatam inuenimus. Primo enim creata est terra, vltimo denique homo, nimirum vt hic locum inueniat, quo pedem figere possit. Nec homini, nec hominum rixis vlla salus absque loco; "nec — (audire mihi videor illinc ex ob-

scurō philosophos quosdam, ad locum et tempus — *Raum und Zeit* — tantum tantum referentes, vociferari) τῷ Ἐγῷ et τῷ Ἄλλῳ Non-Ego vlla salus absque loco!"

Pariter ac in vita communi, sese res habet in rixis forensibus, vbi forum loco loci est, et vbi eadem quaestionum et inde petitarum exceptionum consecutio obtinet, quam paulo ante vidimus.

Quae inde sequuntur duo sunt. Primum perperam facere eos, qui ratione illius tertii fundamenti diuidendi habita, omnes exceptiones ad quinque classes reducant. Imo tot classes dantur, quod gradus in modo excludendi alterius intentionem; quod tamen non impedit, quominus exceptiones in duo genera *summa* diuidi possint, prouti nimirum illae sunt vel *loco et gradu potiores*, vel *inferiores*. Deinde etiam nunc clarius adhuc videre est, quam pessime exceptiones ex earum vi vel peremptoria vel dilatoria denominari soleant ibi, vbi omne discrimen ad gradum superiorem vel inferiorem in excludenda aduersarii intentione redit; id quod iam paulo ante in transcurso vituperavi. Vt autem exceptiones ratione graduum dignosci possint, sufficit, earum classes numeris notare. Incipere dicamus libellum exceptionum ab exceptionibus *primae classis*; proxime sequi exceptiones *secundae classis*, deinde *tertiaae*, et sic porro. Incongruum autem videtur, numeros continuare vltra litis contestationem. Eae exceptiones, quas supra capitales

voca-

vocauimus, post litis contestationem venientes, in separato potius ponendae videntur. Quae ratio autem si cui non arrideat, alia adhuc in promptu est, quae tamen mihi quidem minus placet. Scilicet exceptiones etiam denominari possunt secundum quaestionem, vnde haustae sunt. Tunc habebis *exceptiones fori*, in quibus de foro quaeritur; *exceptiones litis iam compositae*, in quibus quaeritur, num adhuc lis adsit? *exceptiones validi litis initii*, vbi quaeritur, num lis valido et legitimo modo incipi possit? *exceptiones temporis*, vbi quaeritur, num *praesenti tempore* recte incipiat?

Hiscè principiis positis, libelli exceptionum oeconomia et contentorum series haec erit:

I. Ea, quae occasione *narratorum actionis*, quae litem proprie dictam constituunt, quaeri possunt.

1. Exceptiones classis I.
2. Exceptiones classis II.
3. Exceptiones classis III.
4. Exceptiones classis IV.

(Quaestio adhuc altioris indaginis est, in quot classes Exceptiones optime distribu-

buantur; ideo in vulgari numero hic
subsisto).

II. Ea, quae narrata seu facta actionis ipsa con-
cernunt; quo pertinent

1. Litis contestatio.
2. Noua narrata, indeque deductae iuris for-
mulae cum narratis actoris pugnantes,
seu vno verbo exceptiones capitales.

THESES.

T H E S E S.

I.

*Non datur prorogatio praeter eam, quae fit de persona
in personam.*

II.

*Furtum paruum non infamat, nec ob hoc ex collegio opi-
ficum quis eiici vel repelli potest.*

III.

*Aurigae et nautae iure Lubecensi et Hanseatico merces
sibi commissas interuertentes eadem qua fures ple-
ctuntur poena.*

IV.

*Quantitas laudemii in traditione emphyteuseos ad liberos
non determinanda est secundum pretium, quo fun-
C dus*

—
*us ultimo venditas fuit, sed secundum veram eius
aestimationem, quam nunc tempore adsignatio-
nis habet.*

V.

Ius permissuum non datur, oppositum praeceptiuo.

VI.

*In foro domicilii etiam ex quasi contractu agi
potest.*

VII.

*Edictum de nautis, cauponibus et stabulariis ut re-
cepta restituant, ad postas quoque et aurigas
pertinet.*

VIII.

*Pacta in continenti adiecta contractui stricti iuris non
producunt ex eo actionem.*

IX.

*Bannum molendinarium in urbibus Germaniae praesumen-
dum est.*

X.

*Falsum est in adplicatione iuris Romani: quod abrogatum
non est, cur stare prohibetur?*

XI.

XI.

*Quaestio: utrum potestas executiua vni an pluribus sit
tribuenda? quaestio iuris non est, sed prudentiae.*

XII.

*Matrimonium ad Legem Salicam in republica non to-
lerandum.*

XIII.

*Distinctio in dolum directum et indirectum in iure crimi-
nali probari nequit.*

XI

Quaestio: utrum potestas exco[m]municandi sit
tribuenda? quaestio iuris non est, sed practica.

XII

Monasterium ad Legem Salicam in re publica non lo-
caturus.

XIII

Distinctio in domo clericorum et inducium in fine
non probant neque.

XIV

...

XV

...






ULB Halle
004 813 057

3







DISSERTATIO INAVGVRALIS IVRIDICA
SISTENS
ALIQVOT AENIGMATA E
DOCTRINA DE EXCEPTIONIBVS
PETITA.

1799, 2 / 10

← 429 →
E A M
SVB AVSPICIIS REGIIS
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
AVCTORITATE

PRO
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS,
RITE CAPESSENDIS
PVBLICE DEFENDET

DIE XVIII MAII ANNI MDCCXCIX

AVCTOR
IOANNES SILLEM
HAMBVRGENSIS.

GOTTINGAE
TYPIS IOANN. CHRIST. DIETERICH.

